

2197

C O D I C E S

2198

DCCCCXXIV.

- C. 956 Codex membraneus germ. maximam partem Sec. XV. currente calamo scriptus, Folior. 202. 8^{vo}. min. praeter literas initiales auro fulgidas, et depictas *Christi B. Mariae* et SS. imagines exhibentes, ornatus Iconibus majoribus XIV. aetate et usu aliquantum detritis, et e Parthenone *Halenſi Tyroleos* adlatus Pietatis varia continet Exercitia scripta in usum, ut e pictura praevia duorum Conjugum adstitutis Insignibus gentilitiis eruitur, *Ulrici Montfortii*, et *Magdalene Oettinganae Comitum*, quorum posterior fol. 183. p. 2. Missae sacrificio genuflexa adesse visitur. Tempus scriptionis liquet e citatis fol. 172. p. 2. Indulgentiis ab *Alexandro VI.* Papa collatis. Longum foret percensere Preces in Libello contentas privato potissimum ingenio pro aevi captu compositas, quarum multae de paciente Servatore, qui fol. 49. p. 2. *tuncular calcare solus* cernitur, ipso Patre coelesti prelum desuper urgente. Fol. 69. p. 2. habetur Letio *Isaiae* dicenda *An der krumbmitwoch*, id est, Feria IV Hebdomadae majoris. Ετυμον hujus controversum vide in *Scherzii Glossar. b. v.* Quod Codici pretium conciliat, sunt foll. 43. 115. 164. et 201. inserta ἀντογεαφα Nomina et Symbola Virorum et

Feminarum e clarissimis S. R. I. Familiis, puta *Mansfeldiorum*, *Fuggerorum*, *Rechbergiorum*, *Königseckiorum*, *Helfensteiniorum*, *Truchsessiorum*, *Ebersteiniorum*, quorundam etiam ex Historiis Sec. XVI. notorum, quorum obitum deinceps notavit pia et amica manus adjecto: *Genadt ibm*, vel *ibr Gott.*

DCCCCXXV.

Codex membraneus germ. Sec. C. 953 XV. Folior. 100. 4. min. bene scriptus, literis initiorum et marginum ornamentis auratis picturatisque, varia Pietatis Exercitia continet adlatus e Parthenone *Halenſi Tyroleos*, et olim Matronae cujusdam ex illustri *Notbafftorum* profapiā, ut liquet ex inserta Icone fol. 61. cuius tergo *Leopoldus I.* Imp. manu propria inscripsit: 1687. *Meiner Lieben Notbafftin Mich in dero andächtiges gebeth Empfeblend. Leopold.* Atque Matronam hanc *Mariam Eusebiam* Viduam *Breunerianam* habeo, quae magna Magistra Aulae *Elenorae Magd. Theresiae* Imp. Viduae a. 1710. obiit. Praemitto porro *Calendario*, in quo Vigiliae cum jejunio voce *Panfast* adnuntiantur, consequuntur Orationes variae ad Deum, *Christum*, *Mariam*, variosque Divos privato marte compositae, in quibus et singularia quaedam, ut fol. 26.

Mein